



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.

Bredenbach, Tilmann

Coloniae, 1584

VD16 B 7375

21. De Ioanne Anachoreta, qui se virgini Deiparæ apud imaginem eius commendans, post reditum candelam semper ardentem inuenit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

ruit. Egressus porro, dum fortè pecus ad maturandum iter pungit, ecce stimulus confringitur, & ea pars, cui ferrum erat infixum, in dextrum hominis oculum rectè inuolat, ac miserum oculo priuat. Narrat hoc Constantinus sanctissimus Cypri Episcopus, coram toto confessu Patrum, verbisq̃ue disertis adiungit: Hunc ego Constantinus virum vidi, vnoculum etiamnum ex hac causa esse cognosco.

*Ioannes Moscus Eniratus in Prato spiritu- De authoritate antiqua
ali cap. 180. Citatur à Petro Canisio loco superius adducto, De Ioanne Anachoreta, tate huius libri vide A-
qui se virgini Deiparæ apud imaginem eius, bri vide A-
commendans, post reditum candelam sem- loysium Li-
per ardentem inuenit. poman. in
prefatione e-
iusdem.*

CAP. XXI.

Ioannes Anachoreta vir magni nominis, & præcipuè sanctitatis, qui senex in spelunca quadam vixit circa villam, quæ dicitur Sochus, viginti propemodum miliaribus distans ab Hierosolymis, habebat in sua spelunca Deiparæ ac Dominæ nostræ semperque virginis Mariæ imaginem, eaque matrem Christi filij gestatricem exprimebat. Qui senex, si quâdo religionis causa vellet aliò proficisci, & loca veneranda petere, quod illi erat perquam vsitatum, de more candelam coram eadem imagine incendebat, & precatatione facta Deo sese, iterque suum commendabat, simulque in ipsam Deiparæ imaginem intuens, his

H 2

ver-

verbis utebatur: Sancta Domina nostra Deiparatrix, quia longum iter facere statui, ac multis diebus abesse cogor, tu candelæ huius habendam curam, eamque, ne extinguatur, iuxta meum desiderium serua. Te quidem comite & adiuvante hoc ingredior iter. Hęc ubi dixisset in virgini, in viam se dedit, & itinere confectum postea redijt, ita ut aliquando vnum, postea duos, etiam vel tres, imò quinque & sex menses abesset. Semper autem in reditu candelam inuenit integram & ardentem, sicut iam ante iter suum accensam reliquerat, nunquam vidit extinguï. Id quod citra eius miraculum fieri neutiquam poterat, Dei haud dubie per Deiparam hoc prodigium operante, ac piam sancti senis fiduciam corroborante.

Idem cap. 45. Prati spiritualis, De imagine virginis Deiparae, quam ne monachus videretur, demon dissuadere studet, promittens deinceps ab eo impugnando desistaturum.

CAP. XXXII.

Hanc historiam ex Prati spirituali referi D. Ioan. Damasc. lib. 1. de Imaginibus.

Monachus quidam solitarius, & in nomine Christi pugil, iamque grandævus in monte oliuarum habitabat, & impuro spiritu fornicationis acriter impugnabatur. Qui cum vehementer infestaret, eiulare demum cœpit, ac dicere infestanti demoni: Quousque tandem missum me non cises? recede à me, qui mecum quasi confes-